

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 1, 1843, enthaltend fol 1A–182B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1)

zu Bild Nr.

016

014

020

010

025

005

065

115

EPISTOLA

F. F. F.

FRATER FELIX FABRI

*Ordinis Praedicatorum, ad Fratres Conventus Ulmensis
ejusdem ordinis*

De peregrinatione Terrae Sanctae et Iherusalem et
sanctorum montium Syon et Synai.

Religiosis ac devotis ac in Christo sibi delectis fratribus Conventus Ulmensis, ordinis Praedicatorum, Frater Felix Fabri, ejusdem ordinis et Conventus, vester confrater, salutem in Domino sempiternam.

Petitioni vestrae, charissimi fratres, satisfacere pro posse conatus sum, qua me a vobis recedentem versus Orientem ad partes transmarinos serius propulsastis, exigentes, ut loca transmarina, praecipue tamen terrae sanctae loca, diligentius et accuratius considerarem, et conscriberem, ad vosque, si Deus me reduceret, fideliter referrem.

In peregrinatione ergo existens singula loca, ad quae me contigit divertere, intente perspexi, situmque ac dispositionem scripto mandavi, tam terrae sanctae, quam aliarum terrarum, marium, fluminum, et locorum Syriae, Palaestinae, Deserti, Arabiae, Madian, maris mortui, maris magni, maris rubri, ac Insularum ejus, et terrarum circumjacentium Graeciae, Macedoniae, Atticae, Achajae, Albaniae, Asiae minoris et majoris, Turciae, Illyrici, Dalmatiae, Pannoniae et Histriae, Italiae etiam et loca Germaniae siva Theutoniae, et breviter, omnia quae in tribus principalibus partibus mundi vidi, in Europa, in Asia, et in Africa, notavi et conscripsi. Siquidem has

Ende

Anfang